

# TRACTATUS DE FIDEIVSSORIBVS,

IN QVO TOTA FIDEIVSSIONVM,  
Satisfactionum, & Cautio-  
num materia latissimè  
explicatur.

OMNIBVS TAM IN SCHOLIS, QVAM IN FORO  
versantibus valde utilis, & necessarius.

A V T H O R E

PYRRHO MAVRO ARRETINO.

OPVS NOVVM, ET SATIS DILVCIDATVM,  
Discussum, Declaratum, Ornatumque.

*Cum suis Argumentis, Numeris, Summarijs, ac Indice copioso, & locupletis.*

QVIBVS ADDITA FVIT EIVSDEM AVTHORIS,

Quædam brevis explicatio ad materias de Solutionibus, Oblationibus, & Retentionibus  
utilis, & notatu digna, & sciri necessaria.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. D. C. XX.

Ex Typographica Officina Io. Baptistæ Ciotti.



ILLVSTRISSIMO,


AC REVERENDISSIMO

IOANNI BONSIO,

S. R. E. Cardinali Amplissimo.

PYRRHVS MAVRVS

I. C. ARRETINVS.



GO verò diu, multumq; in latif-  
simo Iurisprudentiæ campo ex-  
currens, non semel animaduer-  
ti, **CARDINALIS AM-  
PLISSIME**, inter cæteras hu-  
ius nostræ diuinæ facultatis par-  
tes, eam solum, quæ de Fideiussor-  
ibus agit; quâquam in Iure Ci-  
uili frequentissimam, ac longè mea quidem sententia,  
vtilissimam, à perpaucis tamen Scriptoribus fuisse per-  
tractatam. Nam ( vt omittam Transalpinos, exter-  
nosque Viros, vt cultu, & locorum interuallo, sic di-  
cendi, agendique ratione, à nobis alienos, vix vllum  
ex nostratibus, Italisque Auctoribus reperio, à quo  
id argumenti accuratè, vt decet, ac distinctè explicetur:  
Ac licet Hippolytus de Marsilijs, celeberrimus I. C. Bononiensis

T R A C T A T V S  
D E  
F I D E I V S S O R I B V S .

A V T H O R E  
P Y R R H O M A V R O  
A R R E T I N O .

S V M M A R I V M .

1 Promittentium quinque species recensentur.

2 Iis adduntur: Nouatio, & delegatio.

Promittentium quinque species  
Repromissores: Mandatores:  
Constitutores: Sponsores: &  
Fideiussores, quibus adduntur  
nouatio, & delegatio.

C A P . I .



Rimo igitur ad intelligentiam huius materie premitteñdū est: † Quod illi qui pro alijs promittunt:

Aut sunt Repromissores: Aut mandatores: aut constitutores: aut sponsores: aut fideiussores: glos. in rubrica. ff. de fideiuss. que

de fideiussore, & mandatore loquitur. glos. etiam in auth. de fideiuss. in princ. in verbo fideiussorem: vbi Bart. num. 6. & 8. signanter Ozerius. inst. eo. in rub. Hyppolit. de Marsil. in rub. ff. eo num. 2. cum seqq. vbi etiam hoc aduertit Castren. Cēsār de Grassi. decis. 1. aliās 143. num. 13. d. tit. Bertazzol. de claus. clausula 39. glos. 1. num. 8. † His adde, & nouationem, & delegationem. Bal. in l. cum aliter. num. 3. C. eo. qui nouationem ponit. Idcirco de singulis agemus: Et primo de expromissore.

S V M M A R I V M .

- 1 Repromissor late, & strictè sumitur.
- 2 Repromissor aliās expromissor dicitur.
- 3 Repromissor late sumptus quid sit.
- 4 Repromissoris vox late sumpta comprehendit mandatorem constitutorem, sponsores, & fideiussorem.

TRACTATUS  
DE  
FIDEIUSSORIBVS  
SECUNDAE PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLVS  
DE FIDEIUSSORIBVS  
*Circa diuersa.*  
SECTIONIS SECUNDAE.

SVMMARIVM.

- 1 Fideiubere pro alio res modici praedicti a principio est: sed demum efficitur maximi: cum ut plurimum contingant noxa, lites, egestas, & miseria.
- 2 Fideiussio onus, & grauamen est.
- 3 Contumelia, & iniuria affici, quis dicitur a quo satisfactio petitur.
- 4 Fideiussio detrimentum dicitur.
- 5 In fideiussionibus praestandis, conussio, efflagitatio, & exactio contingunt.
- 6 Fideiussio, contumelia, iniuria, grauamen, onus, & detrimentum est.
- 7 Fideiussores reperire difficile.
- 8 Fideiussio est contractus damnificatiuus, & onerosus.
- 9 Fideiussio species dilapidationis est.
- 10 Fideiubens censetur male vti substantia sua, & vergere ad inopiam.
- 11 Paupertas probatur ex eo, quod quis fideiussit pro alio.
- 12 Paupertas ex fideiussione probatur, modo quis fideiussit pro magna quantitate; secus si pro parua.
- 13 Procurator, etiam cum libera non potest fideiubere nomine domini sui.
- 14 Cautio sine causa a debitore extorqueri non debet.
- 15 Alienationis nomine venit fideiussio.
- 16 Alienare prohibitus dicitur etiam prohibitus fideiubere.
- 17 Fideiubens ex fideiussione nihil lucratur:

# TRACTATUS

DE

SOLVTIONIBVS,

OBLATIONIBVS,

ET RETENTIONIBVS.

A V T H O R E

P Y R R H O M A V R O

A R R E T I N O.

*Superiorum permiffu, & Præuilegio.*



V E N E T I I S, M. D. C. XX.

Ex Typographica Officina Io. Baptista Ciotti.

# A D L E C T O R E M .

**S**olutionum materiam latè admodum patere, & utilem, & frequentem esse, quotidiana rerum forensium experientia docet. Nam in omni ferè controuersia aliquis huius materie articulus intercedit. Et licet per antiquos legum latores satis copiosè pertractata fuerit: extant enim de ea, & in ff. & in C. vt etiam in Decretalibus tituli particulares, nihilominus per Scribentes nostros legentes in locis, & sedibus ordinarijs, & communibus modicè de ea scriptum fuit, & in consultationibus non sine magno labore, quærenda, & mendicanda est. Igitur hic libellus noster, in quo tota ista materia collecta fuit ingratus videri non deberet. ex eo enim labor, & multarum chartarum reuolutio euitabitur, ipsumque præcedenti tractatui de fideiussoribus adneximus, vt eidem vnitum, & quasi affinem. solet enim prouerbio satis noto dici, quod post titulum de fideiussoribus necessariò, vt plurimùm, sequitur titulus de solutionibus. Iterum, atque iterum vale.

# TRACTATUS

## DE SOLVTIONIBVS,

### OBLATIONIBVS,

### ET RETENTIONIBVS.

A V T H O R E

P Y R R H O M A V R O

A R E T I N O.

#### S Y M M A R I V M.

1 Solutio dupliciter accipitur : alia enim vera dicitur : alia impropria.

2 Solutio vera dicitur, quae fit per pecuniam numerationem.

3 Soluere quis verè, & propriè, quando dicatur cum seqq.

4 Solutionis verbum adiectum verbo pecuniae strictè, & propriè intelligitur de vera, & reali solutione. Contrarium tenent nonnulli. nu. 9.

5 Solutio vera, & propria non fit nisi per numerationem pecuniae.

6 Solutam pecuniam fuisse si in instrumento enuncietur, de vera, & reali solutione intelligendum est.

7 Solutionis verbum largè, & improprie pro quouis actu liberationis accipitur.

8 Soluisse largè quis dicitur quomodo libet creditori satisfecerit.

10 Solutio quoad eius essentiam, & substantiam non dicitur, nisi de vera, & reali pecuniae numeratione.

11 Solutionis verbo omnis numeratio continetur, quoad eius effectum.

12 Soluere quis multis modis dicitur, quoad eius effectum, etià absque ipsius pecuniae numeratione.

13 Solutio fit per equipollens.

14 Solutio dicitur, quouis modo creditori sit satisfactum.

15 Soluere, & satisfacere equiparantur, & à pari procedunt.

Solutionis verbum propriè, & improprie summitur.

#### CAP. I.

**A**D intelligètiã præmittendum est Solutionis terminum in iure bifariam accipi, & diuidi. † Alia enim est solutio vera, & propria: Alia impropria, larga, & fictitia.

Solutio vera, & propria sic definitur. † Quod sit naturalis ab obligatione liberatio: vel: Rei debitæ per debitorem vel alium eius nomine creditori idoneo, & vero facta actualis

A sa-